



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

... Hic Tomus Quartus Allegoricis Expositionibvs Et Qvæstionibvs Vtrobique  
Salvberrimis Tractat

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

In Librum Numeri explanatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72011)

menti & gratiæ tempus advenit: & ita sunt accepta opera nostra. Per hoc autem quod præcipit, ut metentes segregem, remanentes sicutas non colligamus, sed pauperibus & peregrinis relinquamus: ostendit, quod cum de labore terræ nostraræ, i. carnis æternos fructus in necessitatibus præparamus, proximis & adhuc infirmis debeamus occurtere, ut aliiquid de rigore laxantes, ad elevandos illos qui jacent, inclinemus; vel exemplo, vel exhortatione, vel orationibus illis prodeamus postinus. Oratio enim justi multum valet. Pauper autem, cui cùm desiderium inest, defunctum tamen opera. Peregrinus autem neophytus, qui antiquum errorem reliquit, & intra Ecclesiæ fines nuper venit.

## CAPUT XXIV.

**Q**UOD autem olem dicit præparari ad concinnandas lucernas, jungitur extra velum in tabernaculo. In candelabro mundissimo, ut sanctissimo quoque doctore. inter verò sancta sanctorum, hoc est, in ecclesiis non indigimus Scripturarum lumine, cùm ipse Dominus perenne lumen ibi sit. Filius autem mulieris Israëlite, quem pepererat de viro egyptio, qui iugatus est in castris, & blasphemavit Dominum: significat haereticos, qui de patre diabolo generati, & ex utero matris Ecclesiæ tanquam abortivi egesti, per fallacem doctrinam Dominum blasphemant. Ipsi sunt, de quibus Joannes ait: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis: de quibus in Evangelio dicit, quod iniurias homini supersemivit zizania: qui scilicet iuxta imperium Domini ad omni plebe sancta lapidibus testimoniorum obruendi sunt extra Ecclesiæ castra.

## CAPUT XXV.

**Q**UOD autem dicit: Septem annis sere agrum tuum, & reliqua. Septimo anno autem erit sabbatum terra quietis Domini. Nobis inlinuat, quod ille qui in quatuor virtutibus, quibus humana vita instituitur, i. in fortitudine, & prudentia, iustitia, temperantia, adjuncta fide & spe: tunc enim supradictæ virtutes proficiunt, cùm certa fide & spe futurorum bonorum ornantur, solerter laboravent in charitate, perfecta fine ullo labore, & sine timore requiescerent. Perfecta enim, inquit, charitas mittere foras timorem. Tunc & tercua nostra sabbatizat, i. caro nostra cessabitibus laboribus vitorum charitate requiescent, sponte gignit spirituales fructus, quibus non solum nos, sed & servi & ancilla, vel mercenari & advena, hoc est, omne genus quod sagena Evangelica trahit ad littus. Exempla enim sanctorum, pastus sunt fidellum. Servi sunt, qui ad adoptionem filiorum nondum veneruntur. Unde Dominus A poltis dicit: I am not dicamus servos, sed filios. Ancillæ autem sunt, qui mollieret viventes, plus necessitate aliquâ compulsi, quam desiderio accendi, sub disciplina Ecclesiastica perseverant. Mercenari autem sunt, qui propter præstanciam lucra in Ecclesia laborant. Advena autem sunt, nuper advenientes neophyti, qui omnes quomodo sunt, tamen in Ecclesia sunt, & perfectorum exemplis, ut diximus, pacrum quandam adiungunt. De jubileto autem, hoc est, de anno remissionis hoc possumus dicere, quod expletis se ptem hebdomadis annorum, quadraginta & novem annis, quinquagesimo docere anno quandam requiem habere, edomitâ carne, & libidini leniùs relinente, quando & feminis partus deficiunt, tuncque revertetur ad possessionem suam. Tunc enim perfectorum ac virtutum familiam quis poterit, quam lex antequam peccaret, vel certe per baptisatum habere potuit.

EXPLANATIO IN  
QUARTVM LIBRVM MOSIS,  
QUI HEBRAICE VAIEDABER,  
Latine NUMERI dicitur.

## CAPUT PRIMUM.

**I**N exordio Numeri, Dominus loquitur ad Moysen in secundo mense, & in secundo anno egressionis eorum ex Egypto. Per quod ostenditur tempus transire legis, quod prius erat, superius erat superveniente novi Testa-

menti tempore, quod est posterius, in quo Dominus locutus est in corpore. Vetera enim, inquit, transfrunt, esse facta sunt omnia nova. In hac enim dictione, qua locutus est, quatuor ostenduntur. Primo, dignitas persona, dum Moysi & non alii loquitur: secundo, misericordia, dum non meruit homo habere locutionem Domini nisi misericordia Domini præberet: tertio, more humano, quia sic de Domino dictum est: Loquitur Dominus, quasi de homine diceretur: quartu, locutio Domini intelligitur. Per hoc autem mystice inspiratio Dei ad legem significatur. Per desertum autem, inquit, Dominus locutus est ad Moysen, hic mundus præsens pro sua proscripta significatur. Historialiter autem idcirco Moyses dixit: Per spiritum locutus est ad Moysen, ut Moysi persona à sua plebe honorificaretur, dum non alii viri, quam huic locutus sit. Duæ autem Domini locutiones, una in rubro, & altera in tabernaculo, duas leges significat. Per primum quoque diem, totum spatiū præsens seculi, & in secundo mense, vita futura ostenditur, live baptismum & poenitentiam. In initio autem huius libri genus artis arithmeticæ intelligitur, quæ potest numericas interpretari. Filii autem Israëli per tres numerantur: cognationes, & domos, & nomina: quia ostenditur quod sancti per ternum sunt numerandi, id est, si dem, spem, charitatem; vel per cognitionem, & verbum, & opus, live per tidem Trinitatis. Historialiter verò sic intelligendum est, quod dicitur per cognitionem, ut est: Quia sunt filii Jacob, & filii Levi, id est quod dicit: quo nomine uniuersusque ex illis vocabatur. Idcirco & jam populus hic numeratus est, ut tabernaculum portaret. Muitum jam interest in numeratione populi Moyse, & ad David. Numeratio à Moyse & Aaron facta à Domino imperata est, & non pro elevatione, sed pro obedientia facit, ut filii Israëli tabernaculum portarent secundum ordinem. A David verò numeratio pro elevatione facta est, & non à Domino imperata, & idcirco vindictam meruit. Per hoc erat telamonium, quod est: Tolle summam filiorum fratrum, & reliqua: significari potest quod dicitur: Multi autem sunt vocati, pauci verò electi. A vigesimo anno, id est, bimilia & sensu. Quod numerus hic non finitus, significat numerum Ecclesiæ non esse finiendum usque in finem mundi. Quodque hic singuli numerantur, significat minima sanctorum omnia in celo esse numerata, ut quorum nomina scripta sunt in celis. Nomina autem peccatorum pro duabus causis commemorantur: prima, ut non imbutentur in moribus; secunda, ut illis adjiciantur poena. Qui autem prætereuntur, id est, qui non meruerunt memoriam in Scriptura divina. Secundus vero, qui non commentatorur: quia quavis sensu suo opere fanavit, tamen ab illo exempla tenuit nemo. Quartu autem modis omne quod dicuntur, perhibetur, id est, bonum bene, ut hic loquuntur est Dominus ad Moysen, malum male, die verbum aliquod contra Deum: bonum male, ut tu sis discipulus illius: malum bene, ut transfrunt masculi masculos, & reliqua.

Duodecim Principes à Moyse & Aaron electi, significant duodecim Prophetas, & rotundem Apostolos à lege & sacerdotio electos ad regendā Dei Patris Ecclesiam. Quatuor autem personæ cooperantur in tabernaculi ornati, i. Dei, & Moyse, & Aaron, & plebis. Sic & Ecclesia his quatuor per sonis ornatur, i. ex Deo, & lege, & sacerdotio, & plebe, & ex quatuor Evangelii. Omnis enim sanctus quatuor ornatur virtutibus, ut in aliquibus diximus: sive quatuor, quibus homo confit, est, humido & arido, calido & frigido. Quod autem mulieres & parvuli non numerantur, significat quod molles & effeminate, & qui parvuli in fide sunt, nondum venerantur in unum perfectum. Et hi non numerantur in castris sanctorum: quia non possumus stare in bello, quod quotidie debemus exercere. Haec omnia conjungi debent ad locum, ubi dictum est: Numerabis illos per turmas, & reliqua. De Ruben Elifas filius sedetur. Ordo autem narrandi, vel numerandi

numerandi hic ostenditur. Nomen autem patris cum filio idcirco commemoratur, eo quod pater filio suo clarior fuit; vel ante dictum est: Tolle summam sacerdotum Israël per cognitionem suas, & domos, & nomina. Quando autem ad Ecclesiam referuntur haec numeratio: ostenditur, quia per multas virtutes omnes sancti numerantur: & capita, i. principatus: & quadraginta, i. quatuor Evangelia; iex, hoc est, mundi atas: & quingentis, i. quinque libri Moysi legis: i. inquit, quinginta, i. penitentes; trecenti, i. fides Trinitatis. Omnes autem numeri, qui huc usque numerantur sunt, mundi aliam figuram tenent. Levita vero non sicut numerari cum illis, eo quod Domino dedicatae sunt. sed constitue illos super tabernaculum: per hoc significat, sanctos, quos Dominus constituit super Ecclesiam, de mundo ad celum portandum; sive in unumquemque sanctum, qui sensibus perfecti ad regna celorum porta-ur, ut dicitur: Omnia haec in figuram nostram contigerunt. Sive ut Apostolus dicit: Vnde quisque enim in quo vocatus est, in eo permaneat.

## C A P U T . II.

**A**d Orientem Iuda figura tertia. In hoc primo ordinatio tribus Iuda ostenditur, eo quod ante tabernaculum fuerit. Tribus autem Iuda ante Iachar ponitur, eo quod Iudas fuerit pugnator, ut dicitur: *Catus leonis Iuda, & reliqua.* Veleo quod Christus carnem ab illo turneret: vel ne illi inviderent postea, quando regnum allumeret, dum illum Dei sententia prius ordinavit: eo quod commixti fuerint filii libertatis & servitutis, ut pacem cum invicem haberent: sive ut pl-bi ostendetur, quod similes apud Deum fixerint. Iudas, & Iosalbar, & Zabulon ad Oriente tabernacula figebant: Ruben, & Simeon, & Gad ad Meridiem: Ephraim, & Benjamin & Manasse ad Occidente: Dan, & Aser, & Neptalin ad Aquilonem. Dan autem non incongrue possumo ponit, eo quod Samson ex Dan fuit, qui figuram Christi tenuit. Sic & Ecclesia a confessione incipit, & ab iudicio finitur. Terminus autem ordinibus filii Israël ponuntur erga tabernaculum, ut non superesset, aut non cesseret aliquis ex illis. Inquiritur: Cū ergo tabernaculum fixerunt, hoc modo ut viderentur, an factum sit causa venerationis tabernaculi Dei? Et custodiens Levita, ut arcam portantes ab omnibus infestationibus suis conveniunt. Hi quatuor ordines ad quadrigam in Ezechiae, i. homo, leo, vitulus, aquila. Leo autem ad Judam pertinet, dum dicitur de illo: *Catus leonis Iuda.* Vitulus ad Levi, dum moris fuit Leviticus vitulos immolare pro plebe. Aquila autem ad Benjamin. Homo autem hominibus convenit. Quid autem significat tabernaculum in hoc loco, nisi Ecclesiam veteris Testamenti? Duodecim autem principes erga tabernaculum, i. duodecim Propheta circa synagogam; sive duodecim Apostoli erga Ecclesiam cum his qui cum illo crediderunt. Alii erant Iudas ante tabernaculum figuram tenet Petri, qui ante omnes divinitatem credidit in hominem, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Iudas autem ante tabernaculum significat Petrum ante Ecclesiam. Sicut enim ab Iuda initiatu rculodia tabernaculi, & in Dan finitur: sic & Ecclesia a confessione incipit, ut ante diximus, & finitur. Octo autem ordines hic ostenduntur, sic & Ecclesia ambitus octavo ordine novi Testamenti. Octo enim ordines fuerunt in meo, qui cingunt: & quatuor exteriores, qui defendunt tabernaculum, & figuram mundialis credentium tenent. Hi quatuor ordines priores, quos diximus, qui videntur venerationes nostrae esse, & servitus Ecclesia Dei. Quatuor autem ordines, in quorum medio arca, significant ordines sacerdotiorum, qui defendunt Ecclesiam ab hereticis & peccatoribus. Unusquisque ordinem tuum servat, ubi dicitur: *Omnia vestra secundum ordinem sunt.* Ponuntur autem hi ordines imperio Dei, hec & in Ecclesia dico, ordines ponuntur imperio Dei, i. ordo conjugii, & ordo virginitatis. Quaterni autem hi ordines fuerunt, qui foris sunt, & qui intus: sic est & in Ecclesia, in qua quaterni ordines, id est, quatuor Evangelia habentur. Terna autem tabernacula ab Oriente poli a sunt: significant fidem Trinitatis, aut

Eccleiam, ad quam dictum est: *Orietur timentibus nomen Domini sol justitia.* Tres a Meride fidem Trinitatis significat, aut Eccleiam, ad quam in fine vita dicitur: *Venite benedicti, & reliqua.*

## C A P U T . III. IV.

**A**nte Aaron sunt tres ab Oriente, & post dexteram Aaron tres secundum, tres ab Occidente Aaron significat illos, quibus dicitur: *Sicut vult venire, & reliqua.* Tres vero ab Aquiloni, significant illos quibus dicitur: *Ite maledicti, &c.* Omnes erga tabernaculum congregati, & separati illi significuerunt: sic & omnes sancti sunt congregati in fide Trinitatis, & operibus separati. De mundialibus dicitur: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Tabernaculi vero erekto & depositio, Ecclesia significat, quae credentibus quotidie erigitur, & in negotiis depositur. Tabernaculi vero cum deponitur, quadam in eo non volvuntur, quadam duplice velamine obteguntur: quia sancta Scriptura, quae tabernaculum significare potest, nunc manifesta, nunc involuta est: ipse enim duplice vel triplici obtenguntur, liberata est enim allegoria. Et nunc velamine hyacinthino, nunc purpureo involvitur: quia sapientia Scriptura de incarnatione Christi vel passione illius, & de figura martyris, ex parte de celestibus mysteriis disputat. Et quantum digni erunt filii Levi, tantum sancti appropinquabunt. Et quantum Christiani digni sunt, tantum ad divina fecreta accedunt.

## C A P U T . V.

**P**roficiantur de castris leprosi, & qui semine flunt, & polluti super mortuo. Leprosi, heretici sunt, fluxi cogitatione, vel nimis verbis, inimundi super mortuos in opere. Tales a calciis Eccleiam separantur, ne contagione morum suorum vitam polluant innocentium. Tabernaculum quoque unusquisque sancti potest significare cum quatuor ordinibus, i. quatuor Evangeliorum, vel quatuor substantiarum, quibus homo constat. Intus autem omnis sanctus quatuor virtutes principales habet: qui ab Ruth, i. a confessione incipit: & Dan, i. iudicio finitur: habens in se Aaron, i. lenitum perfectum. Cuius ordo orientalis, prædicationis factios significat, quod iusti fulgebunt lucis sol. Dextralis vero calorem fidei, occidentalis, oceatum prosperitatis lupus mundi: aquilonalis, offensionem a diabolo. Qui succederunt ignem alienum. Idcirco ignis alienus dicitur, quia hi a Domino non sunt ordinati, vel quod ignis de celo non sit missus, sive quod causâ superbiæ hoc opus factum sit. Horum quoque sacerdotum mortis, hereticorum doctrinam, hereticos mortem significat, offerentium in vindicta, vel illorum qui ignem concupiscent, in vindicta succendunt. Filii autem Israël idcirco non eadem ordines sunt potiri, quia in omnibus ministracionibus suis separati sunt. Post hec autem monet Dominus: *Vt vir, cuius uxor erraverit, maritum, contemnat, dormierit cum altero viro, & hanc maritum reprehendere nequerit, & reliqua: ducat illam ad sacerdotem, & reliqua.* Vir ille, cuius erat uxor, pastor est Ecclesie: uxor autem illius, subditus quique. Sacerdos ad quem veniunt, Christus: aqua, Scriptura. Cum autem princeps crimen subiecti non potuit comprehendere, sed tamen suscipitur quod per aliquod vitium adulteravit, per zelum iustitia dedit illam ad sacerdotem, i. iudicio Dei cautam reservat, ne forte ante tempus judicet. Et ipse factus Dominus Christus, aquas amaras, hoc est, per Scripturam divinam disciplinam, hypocritam contemnit, & peccatorum manifestat, vel hic, vel certe in futuro. Non enim, inquit, occultus, quod non sciat. Christus in Evangelio dicit: *Sermo quem legatus sum vobis, illi vos iudicabit in novissima die.* Ac per hoc aqua amara, Scriptura divina dicitur, quia peccatoribus non patitur, & iustus dulcis, quibus eterna premia reprobatur. & ita aliis aqua benedicta est, alius maledicta. Tale quid & Apolotulus loquitur: *Quibusdam enim odor mortis, in mortem: quibusdam vero odor vita, in vitam.* Alii autem dicunt oblationem, quia pro muliere offertur,

igni-

significare languinem Christi, qui pro anima uniuscujusque hominis effusus est. Oblatio autem super altare offeratur, i. corpus Christi in Ecclesia. Pugillum, fidem Trinitatis: decima pars, Decalogum: fata farina hordeacea, virtutem carnis demonstrat. Ne effundat super eam oleum, nec ponat thus, i. misericordiam & orationem. Quod autem dicit: Aliquid de pavimento tabernaculi mittit in illam: commemorationem per Prophetarum, & Apostolorum, & omnium sanctorum doctrinam, mitrandam esse significat. In eo autem quod dicit: Discooperiet caput illius, dispositionem peccati de sensu principalis animæ significat. Per commissionem autem scriptoris & aquæ, doctrinam Christi, & languinis effusionem demonstrat.

## CAPUT VI.

**J**ubetur Nazareis, ut vinum, & omne quod inebriare potest, & omne quod de uva est, non bibant, non acerum, nec de uva pressa comedant. Quid Nazareorum nomen, nisi abstinentiam virtutis figurat? His in vino luxuria prohibetur: in diversa potionē diversæ voluntates significantur. Illi enim vinum non bibunt, sed alias post iōne, bibunt, qui ad decipiendos homines, umbras quadam & imagines simulant habere virtutum. Uvam passam illi vescuntur, qui propter humanos oculos abstinentia pallore inserviantur, ut gloriam captent ab hominibus. Acerum autem bibunt, qui à virginitate in vetustatem præteriorum viciorū labuntur, & corruptione veteris nequitia delectantur. Præcipit ita que Deus, ut illi qui largitatis induunt titulum, cunctis his careant vitiis, nullamque horum memoriam habeant. Præcipiturque deinde, ut Levite apergantur aquæ lustrationis, & radant pilos carni sua: quia hi, qui obsequiis diuinis affluntur, debent aquâ salubri ea doctrina purgari, & à superfluis moribus vel cogitationibus mundi apparere ante Dei oculos, ne pulchram animæ speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddant. In eo quod dicitur: Reddet illam, quidam dicunt penitentiam significare de peccato. Et in eo quod dicit tursum: septimana, confessionem per doctrinam leptoniformem Spiritus sancti. Octava dies novum Testamentum demonstret. De sacrificiis quo subsequuntur, in prioribus abunde dictum est.

## CAPUT VII.

**S**ex plaustra, sex dies significare possunt: & duodecim Principes, totidem Prophetas: similiter duodecim boves, totidem Apostolos. Alter plaustra significant, recta vero vitam theoricam. Acetabolum & folia, corpus & animam: utrumque plenum, similia. Hædos, opera perfecta. Mortarioli decem sicut id est, corpus decem tensibus, plenis incenso, id est, oratione per ignem compunctionis. Bos vero doctorem significat: sed tamen duo boves sensus corporis & animæ ostendunt, Hirci quoque quinque, totidem tensus. Unus vero hircus, Christi carnem, vel uniuscujusque haeticorum populum. Omne ornatum, aurum & argentum, historiam & senum quibus ornatur Ecclesia. Alter, bos de armamento, spiritum de Judæis præfiguravit. Duodecim dies, figuram viventium in doctrinis Apostolorum. Aquam vero lustrationis, doctrinam Spiritus sancti, vel lachrymas in penitentia.

## CAPUT VIII.

**L**Ex præcepit Levitis, ut à rigesimo anno in tabernaculo deserviant usque ad quinquagesimum annum, & post quinquagesimum annū servire desifiant, & hi custodes vasorum sint, & ministri fratrum suorum. Quid enim per annum vigiliū, in quo flos juventutis oritur, nisi ipsa contra unumquodque virium bella figurantur? & quid per quinquagesimum numerum, in quo & jubilei requirentur in æternum, nisi externa requies edomito bello mundis exprimitur? Quid vero per vas tabernaculo, nisi fideliū animæ figurantur. Levita vero ab anno xxv. tabernaculo deserviunt, & quinquagesimo custodes vas-

rum sunt: ut videlicet adhuc qui impugnantium vitio, rum certamina per consensum delectationis tolerant, aliorum curam recipere non præsumant. Cum vero tentationum bella subjecerint, & cum apud se de æternâ tranquillitate securi sunt, animarum cultodium fortunatur. Sed quis ista prælia sibi perfecit subigat, cum Paulus dicat: Vide altam legem in membris meis repugnante legi mentis mea, & reliqua: sed aliud est, bella fortiter pati: aliud, bellis invicto expugnari.

## CAPUT IX.

**P**Ostea præcipitur his, qui primo mense pascha interessent non posuerant, & in secundo mense convenienter. In secundo mense iusti sunt facere, quod nimur intelligitur in regnum populi gentium, qui cum omnibus dominibus fortificati videbantur invicti in anima: salubri vero confessione mundati, ad secundam nativitatem, quæ ad secundum mensem transire præcipiuntur.

## CAPUT X.

**S**ed & duas tubas argenteas fieri præcipiuntur, quibus convocari possit multitudo. Per duas tubas exercitus convocatur, quia per duo Testamenta, live per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus evocatur. Quæ idcirco argenteæ sunt, ut prædicatorum verba eloqui nitor fuat, & auditorum mentes nulla obscenitate confundant. Idcirco autem ductiles, quia noscere est, ut hi qui vitam venturam prædicant, tribulationum presentium tonis sonibus crescant. Benè autem dicitur: Cum interclusus fuerit clangor, movebuntur cœtra: quia nimis cum subhor aut minorior prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra certamina ardenter excitantur: ab illo loco quod in una parte Exodi dicitur, q. od venerunt filii Israël de Raphaim in desertum Sinaï, ubi Moses ascendit in montem Sinaï, omnia que leguntur usque ad hanc Exodi, & totus Leviticus, & quæ continet libri Numeri, usque in præsentem locum, in hac manione, id est, in monte Sinaï desc. ipsa sunt. Post hec venientes de monte Domini, venerunt in solitudine Obaram. Quæ manu ex hoc quod ibi accidit, sepulchrum concupiscentia vocatur.

## CAPUT XI.

**H**ic populus cœlestem panem fastidiens, carnes Egyptiacas desideravit: quare eos devoravit incendium. E quibus docemur, ut qui conversionem mundi huius se liquimus, ad ollas Egyptiacas, id est, carnalium desideriorum concupiscentias contemptimus, non obseruamus murmurare contra cœlestem panem, nec vinalias Egyptiorum appetere, sed simplicem manna cibum, & cœlellum vitam quærere. Alioquin si post perfectam vitam voluntates pristinas volerimus appetere, vorabis mus nauicam, statim Domini igne torquebimus. Desiderium nostrum vertetur in tumulum, ut si quis sepulchra dealbara. Sed tamen historicaliter sciendum est, cur filii Israël carnem desideraverunt, habentes manna, quod ita solvit, quia manna omnis cibi similiitudinem habuit, præter carnis. Sic & sancta Scriptura omnem satieratem quæ proficit, habet, præter voluntatem peccatriam. Dominus quoque idcirco dedit carnes, ne modice potefari putaretur. Sed tamen, ed quod incongrue populo erunt, vindicavit: sic per Scripturam voluntas dimittitur, non uno die, i. non unitate fidei, vel non in duabus legibus, sed non in quinque voluminibus: Decalogum significat, xxij. leges significat. Uno Moyle, i. tempore præsenti. Per narres vestras. Sicut non per consuetudinem petierunt, sic & vindicantur. Ioseph autem immolat per Moysen, Chrismum per legem immolantem significat. In hac autem mansione: Descendit Spiritus super septuaginta viros. Et Dominus descendit in nube, & retraxit spiritum qui erat in Moysi, & impulsi super septuaginta viros. Descendens enim, universæ carnis Christi

diffusa

diffusa est per fidem Spiritus sancti gratia , super electos populos , & lxx. linguis gentium . Venitque super eos omne donum illud virtutis , quod quondam fuit in Moysi & Prophetis .

## C A P U T X I I .

*Mariae proposita.* **P**OSSIT HAC Aaron locum incedens offendit , cum sorore sua Maria , fratri utique abstinet , quod ab alienigena accipisset uxorem . Unde ilicet Maria contagio lepra efforavit . Quod significat , quia sacerdotialis illa plebs Patrum Christi Salvatoris aduersum Ecclesiam congregata ex Gentibus derogaret , nec redit ad Dei tabernaculum , donec statim plenitudinis Gentium tempus impleatur . Tunc enim eadem plebs pristinam poterit recipere sanitatem , cum eis septiformis spiritus gratia agnitus ad veniam fuerit suffragata .

## C A P U T X I I I .

**H**IS transactis , duodecimmittuntur exploratores ad confidantem terram uborem , qui terruerunt populum , Scribas & Phariseos significant . Siec enim illi per Moysem missi sunt , ut soli fecunditatem solicita confideratione tractarent : ita isti per legem & Prophetas missi sunt , ut scripturae fertilitatem per investigationem Domini speculerentur adventum : qui de terra sancta ortus est , id est de corpore virginis Mariae , in qua spiritus gratiae redundavit . Vel certe , ut terram carnis Christi confiderarent , per quam regnum Dei , ut ubertatem fructuum spiritualium , & vitam eternam consequi possent . Sed sicut illi terruerunt populum , ne Dei reprobationibus crederent : ita & isti suferunt populo Judaeorum , ne Christo promittenti refensionem omnium peccatorum , & regnum celorum crederent . Ad Aegyptum redire hujus mundi cupientes , & recipientes manna fidei , querentes ollas peccatorum nigras , & cepas blasphemiorum putridas , & pepones vitiorum ac libidinum marcescentes . Botrus autem ille pendens de ligno , Christus est , pendens de ligno crucis , de terra genitricis virginis Mariae secundum carnem , terra stirps vicebus effusus . Duo vectores , duo populi sunt , prior Iudaicus Christo dorsum & non faciem dedit , & quem in lege portabat , non videbat : cui dicitur , Obseruantur oculi eorum ne videant , & reliqua . Posterior populus gentium est , qui in Christum credens , & semper illum portans videt , & quasi servus dominum sequitur . Hic est botrus , qui effusum in latuem nostram vinum languinis sui contritione perfudit , quem per mala granata , Ecclesia socia oneris sequuta est . Sicut enim mala granata uno exteriore cortice multa interius grana continent : ita Ecclesia unitate fidei munita , multos populos continet , vel universas gratias sancti Spiritus in vinculo charitatis . Fiscus autem , quem cum botro portaverunt , imaginem legis protulit , scit in Evangelio edocemur exemplis . Nec enim lex sine Christo , nec Christus sine lege est potest . Alii quoque dicunt , quod hi duodecim viri palmitam portantes cum uva , duodecim Apostolos significant . Per palmitam quoque cum uva corpus Christi cum sua divinitate significari existimant , qui ab aquiloni ad dexteram , id est a litera legis , a calore fidei portatur .

## C A P U T X I V .

**C**aleph vero , bonos prefigurat doctores : alii vero qui terruerunt populos , malos . Quod vero rebellis absque iustu Dei contenebratus verticem montis ascendit , & ab Amalechitis & Cananais superatus , significat , quod qui in propriis virtutibus confidens , contenebratus ignorantia , verticem ascensum superbiae , contraria virtutibus voluerit resistere , statim sine Deo ducetur .

\* \*

Bade Tom. 4.

## C A P U T X V .

**S**equitur sermo de homine qui diem sabbati violare ausus est , propter quod & depositus est a populo , qui formam gerit illius qui hodie signatur in Christo . Invenitur opus carnale agere , id est , contrahere lignum , fenum , stipulam , ad escam ignis eternam convenientem : quia dum colligit , occiditur , deprehensus a populo : dum a spiritualibus judicatur , & spiritualiter occiditur , lapidibus testimoniorum divinae scriptura obrutus . Quod vero precipit , ut simbolas per angulos palliorum sacerdotes , ponentes initia vittas hyacinthinas : significat , quod mandata , quae videntur esse nimia , si propter coelestem vitam , quam vitta hyacinthina significat , propter calorem aereum servatur , multum proficiunt . Qui enim spernit minimam , paulatim defluit : ut siue manducemus , siue bibamus , omnia in gloria Dei faciamus . Historialiter simboliæ ideo præcipiuntur , ut & jam populis in vestimentis differentia sit inter filios Israël & gentiles .

Lapidatur qui sabbatum violavit .

## C A P U T X VI .

**P**er Chorè , & Dathan , & Abiron , qui Moysi & Aaron sacerdoti perverbis contubernali , hæretici significantur , qui hæresim & schismata facere conantur , & multis fecum trahendo decipiunt , contradicentes Christi sacerdotibus , & Dominicae hostiæ veritatem per falsa sacrificia prophaneantes , in hiato terra merguntur : terrenis scilicet documentis absorpsi cum his qui libi adhaerent , & ignis eternæ pabulum efficiuntur . Chorè interpretatur calvum : Dathan vero , donum eorum , Abiron autem interpretatur pater meus excelsus : per quod omnes hæretici significantur , qui decorati omni specie pulchritudinis virtutum , sustinent calvum . Sicut enim vero scriptum est : Super omnes apud calvitudinem , donumq; eorum , & non Dei videntur habere , & præcessores illorum excelsos esse usurpant . Et viri in infernum descendunt : quia non per ignoratiā , sed per contemptū perverba mentis erant . Filii autem Eliab , filii diaboli , vel qui iniqui interpretantur . Ignis autem super Dathan ideo cecidit , quia qui ignem alienum offerebat , oportebat ut ab igne exiretretur . Terra quoque illatos absorbit , qui in terra principatum habent contendunt , eo quod in illis fuit materia cupiditatis . Eorum pecora absorbita sum omni substantia sua . Sicut enim pecora & aliae substancia sua sacrificiis Dei custodiuntur : sic & pecora , de quibus Deo non immolatur , disperduntur . His quoque ideo inconfusa mortis sunt , eo quod inconfutatum opus Dominus fecerunt . Hoc quoque in die factum est , non in nocte , ut ab omnibus videretur , & non erat consuetudinis in nocte immolatio , & coram omni multitudine , ut exercitii omnes timerent . Infernum autem omnes histrioaliter descendunt , sicut enim homines elevati in celum , sic & hi homines in infernum descendebant . Et huic convehit quod dicitur : Descendant in infernum viventes , quoniam negligunt in habitaculis eorum in medio ipsorum , Moysē dicente : Ego autem ad Dominum clamavi , & Dominus salvabit me . Hi quoque ab aliquibus dicuntur judicium deposuisse : quia Dominum per Moysem & Aaron , & decem plagas , & prædicationem in infernum , non audierunt , ut dicitur : Qui blasphemaverit in spiritum sanctum , non remittetur ei , & reliqua . Alter , qui non addiderunt peccatum peccato Adæ , a Christo liberati sunt : & econtra , qui addiderunt peccatum , non sunt liberati . Quodque dicitur , Descendant in infernum viventes : indicat sub terra esse infernum . Alter , in infernum , sepulchrum intelligitur . Per ignem quoque & terram , litera & sensus mysticè intelligi dicitur . Per terram enim litera non incongrue designatur , quia bona terra prædicat : & ideo sensus per ignem designatur , quia eloquia divina ignea sunt : ut , Ignes lex in dextera illius , per omne substantiam & tabernacula , peccata & corpora designantur . Postea aaron accipiens thuribulum , obviavit quasfationi , flans , inter viventes , & mortuos , plagiæ exclusus . Iste auctor Christus , ille de celo veniens , plagam nostram ex-

Chorè .  
Dathan .  
Abiron .



clusit, iste inter vivos & mortuos natus vel mortuus: vel certe, sicut de illo scriptum est, Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. Sicque & thuribulum passionis sua accipiens suspedit igni æterno perniciem, & inimicam perculit mortem. Quod autem Moyses & Aaron populum judicaverunt, hoc quoque sensu intelligi potest, quod Sancti judicabant peccatores in die iudicii. Sedebitis & judicabitis, & reliqua. Post autem legem novam, id est, positione plebis erga tabernaculum, hi transgressi sunt: & id est hanc vindictam acceperunt in figuram Anania & Saphiræ, qui primi peccaverunt in novo. Eleazar omnem bonum doctorem significat, tollens thuribula, id est, peccatores, jacentes in igne concupiscentia, & affligens ea ait ait Ecclesiæ, ut incensum in illis fiat, id est, orationis.

## CAPUT XVII.

virga Aa-  
ron flo-  
ravit.

**V**irga autem Aaron, que propter siccitudinem floruit, caro insinuat Christi, que mortificata revixit. Itaque virga post ariditatem virescens, Christus post mortem resurgens. Ipsum enim florem ipsam virgam intelligimus: ut in virga potest regnantis, & in flore pulchritudo monstretur. Unde alibi dicitur: Ego flos campi. Alii virginem hanc, quæ sine nemore florere protulit, Mariam putant, quæ sine coitu virili protulit filium Dei: de qua scriptum est. Ecce virga de radice leste. Virga quoque Aaron doctrinam Christi potest significare: duodecim verò virginæ festas mundialium. Alii autem dicunt, quod per duodecim virginas duodecim Prophetarum doctrina significatur. Et sicut in virga sua uniuscujusque nomen figuratum est, sic nomina Prophetarum in suis libris & doctrinis.

## CAPUT XVIII.

**M**ares tantum edent ex illo, ut masculi tantum intelligant mysteria: feminæ verò, ut qui in sceminiis peccatis sunt, non deferant sacramentum in Ecclesia, oblatione contenti, ut Apostolus dicit, Cibo & vestitu hū contenti sumus. Post hac cīnis vitula rufa in holocaustum concremata, expiatio populo fuit.

## CAPUT XIX.

**V**itula rufa, caro Salvatoris est. Rosea sanguine passio-  
nis, etatis integræ: quia perfectæ etatis paſsus est Christus. Quod non est impositum super illam jugum, ostendit, quod caro Christi non est subjugata peccato. Quod extra castra ejeta est, astante Eleazarō sacerdote: significat, quod Christus extrā Hierusalem crucifixus est: & populus & sacerdotes in cruce Christi confenserunt. Et sicut immundi sunt, qui offerunt vitulum: sic & qui crucifixerant Christum, peccatores omnes habentur. Sicut autem immundus est, qui colligit cinerem aspergionis: sic omnes mundi sunt, qui Christi passionem in omnibus gentibus prædicaverunt, & doctrinam illius assererunt. Lignum autem cedri-  
num & hyssopum crux putamus & baptismum, per hyssopum enim vasculum aspergatur agni sanguine, qui solabant mundari, sicut nunc per baptismum mundantur fideles. Coccum autem bis in cinctum figuram sacri sanguinis habere non incongruum est, per quod peccatores abluimur. Bis cinctum, quia per illum corde & corpore mundamur. Per fidem autem crucis & per sanctum lavacrum sanguinis Christi sacramento purgantur. Et sicut purgantur illi die tercia, sic & nos Christum resurrexisse die tercia credimus. Huiusmodi septimo die mundus, hoc est, adveniente Spiritus sancti gratia septiformi. Moraliter autem vacca rufa, cuius expiatio populi est, anima est, quæ jugo peccati non gravatur, & in virum perfectum venit. Rufa autem dicitur, quia quotidie pro Christo mortificatur martyrizando, & ad cuius exemplum & jam post mortem alii instruuntur, & sic offerri poterit in domo Dei. Hæc quoque omnia, quæ Christo convenire prædictimus, unicuique Christiano converiunt, imitando Christum, qui jubetur tradere carnem

siuam sacerdoti, id est, Christo: extra castra virorum & peccatorum & mundalium, in conspectu omnium credentium, vel virtutum bonarum. Et intingens digitum, id est, dum prædicat de sanguine Christi, implens opere: sanguine aspergens contra fores tabernaculi, id est, contra tensus cordis sui per fidem septiformis spiritus: ut comburat illum per ignem compunctionis: videntibus cunctis, id est, creditibus. Tam pelle, usque traditi, Tradat se integrè passioni, imitando Dominum. Per pelle utilitas litera demonstratur: per carnes mandata carnalia, qua ad aquam vitam pertinent: per sanguinem martyrum: per perfimum integrum misericordiam: per flamas ignis Spiritus sancti. Alter per pelle mortalitas ostenditur, per carnes vita vel peccata carnalia: per sanguinem fidem passionis demonstrat: per fidum suspiciones malas de corpore Christi: per lignum cedrum fidem ligni crucis, vel opus sublimis: per hyssopum humiliatem: per coccum bis tintum duplex martyrum corporis & animæ: per locas vestes opera munda: per vesperam pœnitentiam vel occisionem prosperitatis: per virum mundum unumquemque Sanctorum: per cineres exempla Sanctorum. Sed quando haec ad Christum referuntur, per virum mundum, Joseph, qui corpus Christi potest intelligi: locum purissimum, Ecclesia: cadaver hominis occisi, id est, peccatum. Septem diebus fuerit immundus, id est, donec impleverit pœnitentiam. Ex aqua, id est, ex baptismo, vel pœnitentia, vel doctrina. Die tercia, id est, in fide Trinitatis. Aqua autem, ut superius dictum est, vel lachrymas. Qui ingreditur tentorium, id est, qui consentit peccato. Qui moritur, id est, in doctrina illius, qui ingreditur in tentorium, id est, in ipsius doctrina. Universa vesta eius polluta erit, id est, hæretici: universus populus septem diebus, id est, donec pœnitentiam egorit, & donec cedererit in doctrinam septiformis spiritus. Subvertit operculum, id est, unicordes, & ligatorium, id est, unitatem fidei: si non habuerit operculum, id est, si peccata sine defensione. Si reigerit quis in agro cadaver hominis occisi, id est, qui confessari immundum peccata hominis occisi, in pœcata, siue ossa illius vel sepulchrum, id est, opera illius vel exemplum.

## CAPUT XX.

**I**n morte Maria prophetis Prophæta mortui designantur. In Moysi & Aaron legis & sacerdoti finis. Moysi autem per trahit virgæ percutiens de virtute tubitavit: ita ut populus videret, cuius nunc personam Moysi gerit, Christum cruci affigens. Dei virtutem esse, non credentibus dedit. Denique & Apostolus ait, Pertra autem era et Christus. Bis autem percutitur, quia Christus ex linguis Iudeorum percutiatur, cum dixerunt, Crucifige, crucifige: & manibus militum, qui illum cruci affixerunt. Unde & Marcus ait, illum & quartâ hora crucifixum, scilicet linguis Iudeorum: sexta vero hora manibus militum crucifixus est. Postea Aaron moritur illo anno, quo novus populus terram promissionis ei intratur. Definente lege populus gentium intrat, & regnum celorum violenter diripi. Et quamquam in monte sacerdotum Eleazarum datum est, & quamvis lex eos, qui illam implent, ad sublimitatem ducit, tamen ista sublimitas non est trans fluenta Jordanis: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Denique Aaron plangitur: quia in lege delicensus ad infernum, in Evangelio ad paradisum transmigrationem. Hora autem lumen interpretatur. In lumine ergo detectis Aaron, quia coruscante Evangelio detectis lex. Elevit populus tristitia diebus, quia ante legem, & sub lege, & sub gratia synagoga non recipit spirituale gaudium, sed super occidentem literam meastam incumbit. Alii autem dicunt, quod per Eleazarum, cui vestimenta patris data sunt, Christus signetur, qui novum induit. Hi & dicunt, quia per pertinere spirituali doctrina bis percutitur, id est, corpore & anima: unde manant opera bona & anima.

\*\*

## CAPUT XXI.

**D**enique Chananeus pugnavit contra Israël, & vincens ducit pradam. Et iterum ex voto pugnavit Israël, & vicit: per quod significatur, quod nos Dei auxilio desitutos, hostes facile vincant; si ad Dominum convertamur, potest fieri ut vincamus, ubi vici sumus, & de hostibus triumphemus. Quod autem murmurantem populum serpentem invadat, & serpentium vulnera elevata aeneo serpente salvantur, significat, quod inquis serpens quali venena peccati infudit, cum Christum in cruce elevatum interioribus obtutibus semper aspiciunt. Et illi, qui per fidem appropinquaverunt, sunt. Et de hoc ipse dicit, sicut exaltavit Moyses serpentem. Quod autem aeneus est, significat, quod ille secundum carnem mortuus fuerit, sed divinitate aeternus sit. Aes quippe durabilis carceris esse metallis solet. Quod autem Moyles istum serpentem posuit, non incongrue ostendit, quod lex Christum prophetavit. Et sicut per serpentem mortis hominibus inducta est, ita hic per serpentem salutis hominibus ostenditur. Corpus autem Christi & anima hanc unicus substantiam Adam consecravit: sic & Eva Maria, ita & hic serpente consecratae dicuntur. Moraliter quoque serpens Sanctorum intelligi potest in sublimitatem perfectorum sensus, ut etiam lex divina ita ponit. Serpentes vero virtus, vel peccata: eremus Ecclesiam significat: cui est puerus, id est, baptizandi. Princeps, qui hunc foderans, Propheta & Apostoli intelliguntur: in datore legis, id est, in Christo: in baculum, id est, testimonio. Quod autem dicit, Ascendat pater ascendat: Christum & populum illius significat optare baptismum crescere sine opera in doctrina. Denique, Seon rex Amorrorum pugnavit contra Israël, & vicit Israël. Seon interpretatur tentatio oculorum: qui significat diabolum, qui se transfigurat in angelum lucis, & per haereses verisimilitudinem meminitur. Hanc Amorri habent legem, id est amarantes, qui in amaritudine virtutum converuantur, & resistunt veritatis doctribus. Iste enim rex occiditur in unoquoque sancto, qui damnat similitudinem, & diligit veritatem. Og vero interpretatur conclusio; Basan, conclusio. Hoc enim agit diabolus, ut semper concludat viam, quae dicit ad vitam. Conclusio enim praecedit ut rex, confusio subsequitur tanquam plebs: quia quos concludit, ne credant in Christum, quomodo apparuerit confundatur.

## CAPUT XXII.

**S**equitur sermo de Balaam: qui cum exisset ad maledicendum populum Dei, loquenter asinam audivit. Quia est autem ista asina, nisi bruta gentilitas, quam Balaam, id est, unusquisque idololatres, quasi brutum animal & nulla ratione remittens, quo voluit perduxit? Sed ista Angelum Dei vidit, quem homo videre non potuit: ut agnosceremus in postetrum sub adventu Angeli magni consilii gentilem illum plebem mutata duritiam naturae, & solutis linguis loquutur, ut qui erat subiecta perfida, in vocem fidei & confessionis erumperet. Angelus vero stans ante Balaam, & in tertia vice visus ab illo: significat Christum in tribus legibus testifile, sed in terra visum esse. Dua autem iacere, quae circumdant vineas, duas leges demonstrant, quibus anima vel Ecclesia circumdantur. Alii autem dicunt per Balaam, qui vanus populus interpretatur, diabolum significari: qui asinam percussit, id est, plagas super synagogas hominum dedit, donec Christus adveniret. Moraliter quoque hoc animal carnem nostram significat, qua flagello tacta venientem Dominum indicat, quem mens ipsa carni praesidens non videbat: ita ut anxietatem spiritus perficeret in hoc mundo cupientes velut iter tendendi impedit, donec ei invisibilis, qui sibi obviat, innotescat. Unde per Petrum dicitur, Correctionem habuit sua vesania, subjugale mutum hominis voce respondit, vetus Propheta in lipientiam. Insanus quippe homo subjugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat, afflita carne memoratur. Sed hujus correctionis domum idcirco Balaam non meruit, quia ad ma-

ledicendum pergens vocem, non mentem mutavit. Quis autem ille est Balaam, qui interpretatur elidens, & vult perdere populum Dei, nisi persequeatores Ecclesia, qui eam laudent? & quis Balaam, qui populus vanus interpretatur, quem Balaam vocat ad maledicendum populum Dei, nisi haeretic & schismatici, qui inani doctrinæ dediti exprobare populum Dei conantur: & quantum illi maledicta & persequitiones movent, tantum Sancti in virtutibus florent, & benedicti ac beati habentur. Sicut autem dedit Balaam consilium, per quod deciperentur filii Israël: ita per consilium hereticorum enitentibus persecutionibus fidelium multi decipiuntur.

Balaam.

## CAPUT XXIII. XXIV.

**P**Er hujus enim septem aras, quas cum immolationibus Domino constituit non suscepisti, corda & corpora vel anima significari dicuntur: quia id est sunt septeno numero, quia ad simulationem viri haereticum suum opus faciunt. Haec arae in monte erant sunt, quia superdicta tria superbia eriguntur. Qui autem in excelso fuerunt, ipsi humiliati sunt: & qui fuerunt in imo, exaltati sunt, ut dicitur, Qui se exaltaverit, humiliabitur, & reliqua. Posuit Deus verbum in ore Balaam, & reliqua: id est, benedictionem. Historialiter sensum aut confessionem fidei verae, more haereticorum, que illis etiam in benedictionem, si eam servarent. Quod autem in parabolam dicit: Filius Seor, homo, cuius obduratus est oculus: ostendit, quod per speculum nunc videmus, ex parte prophetarum: vel certe quod extasi intellexit mysterium. Quod vero cadens oculos habet apertos, hoc idem est quod supra, & dicit, Fluit aqua de stilla illius, ostendit, quod ex Israël multus populus cresceret. Sequitur: illi erit in aqua multas. Aquæ vero multi populi sunt: vel certe aqua doctrina Evangelica, quæ de Apostolis fluit, qui erant de semine Jacob. Quodque sequitur, Tollebit Agag rex eum: propheta est de Saul, qui eo, quod parceret regi Agag, provocavit in se iram domini. Quodque dicitur, Vide illum, sed non modi, & reliqua, quoque de populo convenit dici, eò quod futurum erat, quod in regno David & Salomonis nimis gloriolus fuit. Tamen manifeste de Christo dicitur. Sequitur: Orient stella ex Jacob, & virga cunctigera ex Israël, & reliqua. Dicitur quoque ab aliis, quod Ecclesiam demonstrant, quæ historialiter de populo locutus est. Ortam enim Ecclesiam demonstrant, quod dicit, Iuxta fluvios: iuxta doctrinas Apostolorum potest intelligi, quasi eadē, id est, Sancti, pro celicordine virtutum. Prope aquas, sic intelligendum est, sicut de fluvii supra diximus, aqua enim de stilla fluens, doctrina vel baptismus intelligitur. Circa item erit in aqua multas, id est, in multis credentes. Similia rhinocerotis: haec est benedictio unicornis, quæ pro magnitudine vel fortitudine unitati comparatur, quæ & jam figuram Pauli Apostoli tenere dicitur, qui cum una lege fuit, antequam venisset in novum Testamentum. Filia in via, id est, sapientia, vel divinitas. Hostes eius, id est, sancti Angeli, gentes, virtus, vita vel demones, vel haereticos ostendit. Quodque dicitur, Offa: eorum opera vel exercitii haereticorum ostenduntur, sagittū, id est, testimonii; quando leo ex parte Christi, vel ex persona populi dicitur: leona vero ex persona Ecclesie, vel anima sancta. Nullus audebat, id est haereticorum. Nuntius autem, quos dicitur Balaam misisse ad Balaam, suggestiones diabolicas significant, stella ex Jacob, id est, Maria. Stella enim in celo sita, & exit claritas ab illa: sic ex Maria claritas, id est, Christus ortus est, unde Israël hoc de Christo pro fortitudine dicitur. Virga caro Christi intelligitur. Per stellam quoque ex Jacob, Ecclesia a Christo vel a populo primitivo potest significari: & per virginem populus Christianus. Hæc quoque stella ex Jacob animam a sancto significat: virga quoque haec intellectus sensum perfectum. Dux Moab, id est, duces diaboli, vel vita & peccata. Moab autem pater populi interpretatur. Filius quoque Seth, qui oppositus intelligitur, filios diaboli in hoc significant loco, qui malo oppositus est. Idem a vero, id est, sanguinea, Ecclesiam significat, quæ Christi possessio est, sepius pilosus interpretatur, diabolum significat, cuius

Moab.  
dumea.  
sepius.

**Amaelech.** hereditas inimicis cadet. Israël verò Sanctos, qui dominantur, id est. Christus, vel populus illius, vel tensus perfectus, Reliquie civitatis, Ecclesiæ hæretorum. **Amaelech** quoque, qui lambens interpretatur, diabolum significat, lambentem hominum peccata; cuius extrema perdentur, hoc est in advento Christi. **Cynus** quoque diabolum significat, vel populum totius mundi. **Nidum tuum**, id est, pomparam tuam, in superbia exectus, id est, in peccatis. De stirpe Cain, id est, de commedio. **Assur** capiat te, id est, Christus spiritualler. Assur enim fortis vel vincens interpretatur, quod utrumque Christo convenit. Hæc quoque suprà dicta possunt convenire in figuram gentium, in fidem pervenientium. **Qui viaturus est**: sed utinam unus esset, quando hæc veniunt. Alteris quis viaturus est, sic intelligendum, quasi dixisset, pauci erunt: ut dictum est, **Multi sunt vocati**, vel quis viaturus est, id est, de hominibus Iesu tempore. **Venient**, id est, Romani veniunt de Italia: à facie solis, id est, Sancti à facie Christi. **Assyrii**, id est, dæmones. **Ipsi peribunt**, scilicet de carnali vita.

## CAPUT XXV.

**D**EINDE Phinees sacerdos iram Domini, non solum idolatriam, sed etiam omnem carnis affectum peremit: tum placatur Dominus, cùm carnis vincitur desiderium.

## CAPUT XXVI.

**P**Ost hæc numeratur rursus populus, numerantur & Levitæ: & interficiuntur primis carnis, novus populus Dei censeatur, ut coelestem hereditatem percipiat. Post quod excenta milia egredi a Egypto numerantur, & ex ipsis duo tantum terram re promissionis ingressi: sic & in Evangelio scriptum est, **Multi sunt vocati**, pauci vero electi. Quod autem duo tantum ingrediuntur, ostendit ex utroque populo coelestem vitam adipisci: vel propter duas vitas, actionis & contemplationis. Dehinc quinque filii Salphat Dei iudicio hereditatem accipiunt inter fratres suos, quia nec legis plebs ab Evangelii passione excluditur.

## CAPUT XXVII.

**S**alphat quippe umbra fortitudinis interpretatur, quia in Slega sub umbra occidentis literæ fortitudo spiritualis sacramenti latuit.

## CAPUT XXVIII. XXIX. XXX.

**P**Ost hæc Jesus Moysi in monte succedit, legem suam fudit Evangelium, in quo præcepta legis spiritualiter implentur: & admoneamus, quid quotidie offere debemus, propter quotidianam laborem: & quid in sabbato, propter spem quietis aeternæ: & quid in Calendis, propter invocationem vita. Et quid in Pascha, quando confeplimus cum Christo per baptismum, quando à mortuis transiimus ad vitam novitatem: quid in Pentecoste, propter gratiam Spiritus sancti & remissionem peccatorum: quid in neomeniis mensis septimi, propter gratiam Spiritus sancti septiformem: quid in ieiunio eiusdem mensis, quando figurunt tabernacula, propter hanc vitam non diligendam, sed quod sit brevis: hoc enim significat, **Habitatio in tabernaculo & vilibus umbraculis**.

## CAPUT XXXI.

**D**EHINC texitur bellum contra Madianitas, & mors divini Balaam, in cuius nece error perfidie perimitur: sed qua de Madianitis prædictæ divisio, & ex ea animatum oblatio in tabernaculo Dei.

## CAPUT XXXII.

**P**Ost hæc filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Mansæ, iumenta innumera habentes, citra iordanum possestionem vo-

lunt, & in terra re promissionis hereditatem habere nolunt: figurantes, quod multos mundi implicamenta occupant, ac per hoc habitationem cœlestis patriæ non requirent.

## CAPUT XXXIII.

**S**equitur sermo de mansionibus filiorum Israël, & dicti sur: Profecti ex Rameſe quintadecima die mensis primi, altera die Pascha, & reliqua. Rameſe a quibusdam interpretatur commotio turbulenta, vel amaritudo, vel commotio tinea: nos verius existimamus exprimit tonitruum gaudii ad hanc urbem. In extrema finibus Aegypti populus congregans est: & tumulum hujus mundi dereliquerens, virtus primitus movebatur, & à comedente aperte tinea peccatorum, & omnem amaritudinem verrens in dulcedinem, ut vocem Dei in monte Sinaï audiret. Quod autem eloquia Scripturarum in istius mundi rota appellant tonitruum, Psalmista clamans: Vox tonitruis tui in rota. Cumque immutari fuerimus ad Evangelicam tubam, exercitati tonitruo in gaudia eximus. In mense primo, quando hyems præterit, & abiit sibi, quando terra parturit, & cunctæ renovantur. Eximus quinto decimo die mensis in craftingo plane mensis lumine, quando Aegyptii circumdant & sepelunt mortuos suos, nec euntium imitantur exemplum, & proficentes ex Rameſe castrametari sunt in Soccoth. Secunda mansio, in qua panes azymos comedunt, & primum tendunt tabernaculum, unde ex re locu[n] nomen accepit. **Soccoth** quippe interpretatur tabernacula, sive tentoria, & hoc septimo mense, decimoquinto die mensis, quando solemnia tabernaculorum est. Cum ergo exierimus, figuramus tabernacula, scientes ad ultiora pergendum: & runc de fermento malitia non comedamus, sed vescamur azymis sinceratis & veritatis. Et profecti de Soccoth castrametati sunt in Ethan, que est in extremo solitudinæ. Tertia mansio est, in qua primù[m] Deus videtur in columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Ethan interpretatur fortudo, sive perfectio. Grandis fortitudo est Aegyptum dimittere, & in extrema solitudine commorari: ex hoc intelligimus Soccoth juxta Aegyptum fuile, Ethan int̄ confina Aegypti & ore, Preparamus ergo nobis fortitudinem, ut illuminati igne, & ejus auxilio obumbrati, ad terram re promissionis possumus pervenire. Profecti de Ethan ingressi sunt ad Pbaroth quod interpretatur os nobilium Beſtijanum autem interpretatur dominus aquilonis. **Magdal**, maguedo, vel turris. Assumpta igitur fortitudine, nobilitem in Domino, & domini aquilonis arcana condemnamus, illiusq[ue] magnificientiam, & turem tanquam superbiam declinemus. Qui non ab austro est, unde Dominus venit, & possessor aquilonis venti frigidissimi, à quo exardescunt mala super terram: qui cum si frigidissimus, nomine dexter vocatus, falso sibi assumpsit vocabulum virtutis. Profecti de Achiroth transierunt per medium maris in solitudine, & ambulantes viam trium dierum per desertum Ethan, castrametati sunt in Mara, quæ interpretatur amaritudo. Post predicationem Evangelicam, post tabernacula transmigrantur, post assumptam fortitudinem, post confessionis nobilitatem pericula rursus occurunt: unde scimus cavendas semper infidias, & Dei misericordiam invocandas esse: unde & nobis in spirituali baptismo sufficietur Pharaon, egressus mari rubro occurremus Sur, in quæ diebus tribus ambulantes, & aquam non invenientes, venerunt in Mara, quæ ex eo, quod aquam amaram habuit, nomen accepit. Et profecti de Mara, venerant in Helim, qui in arietu fortu vertitur, de amaritudine venimus ad arietes & robustos grebes: principes, de quibus dicitur: **Afferte Domino filios arietum**, Non occurunt fontes purissimi, nisi ubi magistrorum doctrina prout fit. Profecti sunt de elim, & castra met. ati sunt super mare rubrum. Quaritur, quomodo post transitionem marii rubri, & fortis mare, & Elim, rursus ad mare rubrum venerunt: nisi finis quidam marii rubri per gentibus in itinere occurrit. Aliud est transire mare, aliud est in proximo agere tabernacula: ex quibus etiam monemur post Evangelicam disciplinam & cibos dulcissimos triumphorum aperire nobis interdum mare, & præterita discrimina ante oculos ponere.

ponere, quia multæ differentiæ est transire mare, & mare procul apicere. Hæc mansio in Exodo non habetur, sed scriptum est de ea, quod de mari rubro venerunt ad desertum Sin, quæ est inter Etim & Sina. Et profecti de mari rubro, castrametati sunt in desertum Sin. Octava mansio, licet juxta ordinem Exodi septima sit. Sed sciendum est, quod omnis mansio usque ad montem Sinai, eremum Sin vocatur, & ex tota provincia locus unius mansios nomen accepit: sicut & Moab tam urbis quam provinciae est nomen. Sin autem interpretatur, rubus vel odium: quia postquam venerimus ad eum locum, de quo Dominus nobis fit loquutus, grande odium mereamur inimici. Tunc videmus ardore rubrum Ecclesiæ, persequutionibus inflammari eandem, & loquentem in ea Dominum non reperire. Profecti de deserto Sin, castrametati sunt in Daphelza, quæ interpretatur pulsatio: juxta quod Dominus dicit, *Pulsare & perierunt robis.* Et post octavum numerum resurrectionis Christi, incipimus sacramenta pulsare. Profecti de Daphelza, castrametati sunt in Alu. Alius autem interpretatur fermentum, quod tollens mulier, miscuit in farina. Et profecti de Alu, castrametati sunt in Raphidim, qui interpretatur diffusio fortium, vel sanitas fortium. Et ex eo quod in illa tentavit Dominum propter aquam contradictionis, nomen locus tentationis accepti: ut certè dissolutionis aut sanitatis fortium Raphidim dicitur, vel diffusio, ubi fuit Aman-lech, vel propter sanitatem Israël. Similq; notandum, quod post fermentum Alus & Mafan, Ecclesiæ soleam nos multiplicia dæmonum tentamenta configere. Profecti de Raphidim, castra posuerunt in solitudinem synai. Ad hunc lecum xlviij. die pervenerunt: dicente scriptura, Menesterio egressionis filiorum Israël ex Ægypto, in vertice monitis Synai legem datam, unde & Pentecostes celebratur solennitas, & Evangelii sacramentum in Spiritu sancti descensione compleetur. Synai autem interpretatur rubi, non unus, ut supra in solitudine Sin, sed plures: ibi principium, sed hic perfectio. Aliud est enim unam, aliud omnes gratias possidere. In hac mansione legislatio, & reliqua. Usque ad finem Exodi, & quæ continet Leviticus, & quedam pars Numeri describitur. Et profecti de solitudine synai, castrametati sunt in sepulchrâ concupiscentia. Ibi fastidens colesterne panem, populus clauderat Ægyptiorum carnes, adhuc eſca eorum erat in ore ipsorum, & ita Dei ascendit, & reliqua. Unde nominatus locus sepulchra concupiscentia. E quibus edocemur, qui sapientiam dimissimus mundalem, & Ægyptias ollas contemptimus, non debere murmurare contra colestem: alioquin si illa rursus voluerimus usque ad naufragium, & statim Domini igne valde torquebitur. Desiderium nostrum veretur in tumulum, ut simus sepulchra debata, & reliqua. Profecti de sepulchro concupiscentia, castrametati sunt in Aferoth, qui vertitur in atrium: & hoc prudens lector attende, quod post tot consummatam in duodecimo numero virtutem, quia superbit Israël, & in concupiscentia sepulchris carnes Ægyptias suspiravit. Rursum jacit aliud fundamentum & atrium, id est, vestibulum virtutis: offendens nobis & illos qui stant, posse cadere: & qui cadunt, posse resurgere. Numquid enim qui cadit non resurget? Et profecti de Aferoth, castra posuerunt in Rethma: hæc est duodecima mansio. Et notandum, quod reliqua manios xvii, quarum nunc breviter catalogus describitur. A Rethma usq; Abion Gaber, id est ad xxij. mansiones sub Pharan solitudinis nomine continentur. Rethma interpretatur sonitus jupiteri. Ferunt enim, lignum hoc multo tempore ignem confermare, ita quod si prius ex illius cincere fuerint operæ, usque ad annum pervenient: ex quo dicimus, post sepulchra concupiscentia & vestibula transire ad lignum, quod multo tempore calorem tener: aut lumen ferventes spiritu, & claro sonitu Evangelia prædicemus. Profecti de Rethma castrametati sunt in Remmon Phares, quæ interpretatur mali punici divisorio, quod alii malum granatum vocant. Hoc autem Ecclesiæ gremium significat, quæ omnem turbam credentium suo cor tice tegit: aut varietatem consonantiamq; virtutum: unde scriptum est, *Multitudinæ autem credentium erat cor unum, & anima una:* & reliqua. Sicque divisus sum singuli gradus, ut

omnes eadem compage testantur. Et profecti de Remmon Phares venerunt in Lephna, quæ in laterem possumus verte. Legimus Ægyptios in Exodo lateres, quos faciens populus ingemuit: unde discimus, icinere hujus mundi nos nō crescere, nunc decessere, & post ordinem ecclesiasticum sèpè ad laterū opus trāsmigrire. De Lephna castrametati sunt in Reſſa. Reſſa tremunt interpretatur, si enim post perfectum ad lutu opera descendimus, infrenandi sumus, & cursus vagi atq; precipites scripturarum retinaculis detinendi. De Reſſa castrametati sunt in Celathia, quæ interpretatur, ut vagi currentium gressus frenis ad Ecclesiam retrahantur, & foras quos ante reliquerunt, festinare intrare. Egressi de Celathia, castrametati sunt in monte Sepher. Sepher interpretatur pulchritudo. Vide quid prosum frena, à vitiis nos trahunt, introducunt choros, & in Christo móre nos habitate faciunt. Ita juxta Danielem: *Lapis excisus de monte sine manibus crevit in montem magnum.* De monte Sepher veneranti in Arada, qui interpretatur miraculum. Quam pulcher ordo: cùm profecti post opus lateris infrenamur, post fiens in Ecclesiam introducimur, post habitationem Ecclesiæ ad Christum monte ascendimus, in quo positi miramur in his quæ oculis non vident, nec auris audivit, & reliqua. Profecti de Ariada castrametati sunt in Maceloth, qui interpretatur coetus. In hac enim conflitit multitudo credentium: unde potest dicere, *Ecco quā bonum, & quācum jucundum habitare fratres in unum.* Profecti de Maceloth venerant in Thare, qui in pavorem vertitur. Ascendit in montem pulcherrimum, stupore & miraculo Christi magnitudinem considerans: noli altum sapere, sed time. Dominus enim superib; respluit, bimilibus auctorat; gratiam. Timor enim custos est virtutum, seruitas ad lapsum facilis. Profecti de Thare venerant in Thare, quam nonnulli vertunt in militiam vel pugnam: quod bene ad propositos Ecclesiæ reguntur, vel custodiā animæ. Si habueris pavorem, sollicitus eris: si sollicitus fuoris, leo in caulis ovium tuarum non poterit introire, & omnem malitiam diaboli poteris effugere. Profecti de Thare castrametati sunt in Methica, quæ vertitur in dulcedinem: *Calcasti uam, elisti insidiatores, dulces fructus protinus laboris consequeris, ut merito dicas.* Quam dulcia fauibus nostris, & reliqua. Profecti de Methica, castra posuerunt in Afona, qua interpretatur felinans: ex postquam dulces fructus laboris mesuerimus, non sumus quieti, contenti, sed sursum ad ulteriora properantes, obliviscamur præteritorum, & in futura nos extendamus. Profecti de Afona castrametati sunt in Maseroth, qui interpretatur vinculum sive disciplina: ut felino gradu pergamus ad magistros, & praecipita virtutum vincula putemus aeterna, de quibus Isaías dicit, *Pest te ambulare vincili manus.* De Maseroth castrametati sunt in Barachacha, qui interpretatur filius necessitatis, sive stridoris, qui sunt filii necessitatis, psalmus iste nos docet: *Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filii arictum.* Quæ est ranta necessitas, quæ nolebuntis imponitur, si scitis vincula veritatis contendens cum adversariis ligabis, & vinculos duces ad captivitatem, & in templi Domini omnes dicent gloriam. Porro cùm convertimus filios stridoris, ad illum refert, quod illum timores supplicii veteris loci, ubi est flatus & stridor deinceps, deferentes ex diaboli vinculis, Christo credentium turba colla submittit. Profecti de Barachacha, castrametati sunt in monte Galaad, quod interpretatur nuncius, vel accinctus, vel concilio. Haud aliter possumus magistri discipulorum atq; credentium, illos facere filios necessitatis, nisi preceptores eorum fecerimus credulissimos. In occisionem non parcat manus nostra armum, aut extrellum auricula de ore leonis extrahere. Unde & David in matutino dicit, *Interficiam omnes peccatores terræ.* De nunciatione & accinctione hæc breviter possumus dicere: quod filios necessitatis grandes ad virtutum stimulos suggeramus, cum illis denunciaverimus prima, ac futurorum accinctus in bello docuerimus horum trium. Quicquid magister fecerit, in monte confitit. Et de Galaad castrametati sunt in Hietabatha, quæ interpretatur bonitas. Et cùm venerimus in virum perfectum, id est in sacerdotalem gradum, & etatis plenitudinis Christi, cùm David dicamus: *In te Domine speravi, non confundar in eternum;*

Lephna.

Reſſa.

Celathia.

Sepher.

Arada.

Maceloth.

Thare.

Methica.

Afona.

Maseroth.

Barachacha.

Galaad.

Hietabatha.

**P**astor enim bonus ponat animam suam pro oīibus suis. De Hietabatha castra metati sunt in Ebrona, quæ interpretatur transi-  
tus, vel transirio. Ad hanc venit verus transitor, qui quo-  
tidie ingemiscit, & dicit: *Hac recordatus sum. & effudi in me  
animam meam, quoniam transi in locum tabernaculae ad-  
mirabilis usque ad domum Dei.* Denique & Paulus dicit: *Praterit  
enim figura huius mundi.* Egressi de Ebrona castra metati sunt in

**A**sion. **Gaber.** **Cades.**

*A*sion Gaber, quæ transfertur in lingua viridi, vel de dubita-  
tione hominis, per quod seduli et diligentissimi magistri do-  
ctrina monstratur, cædentes ligna informia & dolantis fa-

cientisque vafa diversa in domo magna. Possunt ligna na-  
tiones, viri saluum & omnium genera arborum, ac per  
hoc genitum figurare multitudinem. Hucusque solitu-  
dine Pharan. De Asion Gaber castra metati sunt in desertum Sm, que  
est Cades. Quaritur, cur octava mansio xxxvi, elle dicatur:  
sed sciendum est, quod prius per Samach literam scribitur,  
interpretaturque rubus vel odiu. Hac autem per Zade  
vertitur, quæ in mandatum, illudque quod conjungitur.

**Cades.** **Hor.**

**Cades**, non ut plerique putant, sancta dicitur, sed dicitur  
munita: de qua in Psalmo Davidico dicitur, *Commovebit  
desertum Cades.* Si autem sancta interpretatur, per antiphra-  
sim intelligendum est ut dicitur bellum, quod minimè bonum: lucus, quod minimè luceat. In hac mansione moritur  
Maria, & properas contradictionis Moyles & Aaron  
offendunt Dominum. Ubi autem mandatum, ibi pecca-  
tum, ibi offensa, ibi mors. De Cades castra metati sunt in Hor, qui  
interpretatur mons: quasi legeretur, alcedi in mon-  
tem montis, vel in vertice montis: per quod significatur,  
quod de virtutibus non debemus esse securi, sed semper  
in excelsiore gradu ad virtutum culmina festinemos. De  
monte Hor castra posuerunt in Selmona. Profeti de Selmona ve-  
nerant in Simon. Haec due mansiones in ordine historie non  
habent pro illis. Egressi de monte Hor per oram maris  
rubri, ut circuibent terram Edon: ex quo ostenditur, in fini-  
bus terra Idumaeos esse positos. Selmon interpretatur ima-  
guncula: quia nimirum ibi est expressa imago Salvatoris,  
per serpentem areum, qui in ligno pendit. Simon inter-  
pretatus: quia postquam passionem filii Dei cognoscimus, quod ex corde credimus, ore pronunciamus. Profeti de Simon venerunt in Oboth, qui interpretatur magus, sive pi-  
thonissa. Unde monstratur, quia post imaginem Dei, qui  
in corde ratione signatur, & confessionem fidei, qui in  
ore confortur, confusurum serpentes, & artes maleficæ ad  
bellâ nos provocant: sed omni custodia servemus cor no-  
strum. Profeti de Oboth castra metati sunt in Tealzarin: quæ  
sonat aceros lapidum transeuntrium. Hi sunt Sancti, ad  
alias mansiones post illum mundum festinantes. De Teal-  
zarin venerant in Dibon Gad, quod interpretatur fortiter in-  
tellecta tentatio. Per quod significatur, quia non debemus  
ignorare inimici astutias. Si enim intelligantur, intellecta  
fortiter superantur. De Dibon Gad castra metati in Almon De-  
blat aim, contemptus saltarum, sive opprobriorum. Per hoc  
dileximus, omnia dulcia & illecebra voluntatum in mun-  
do contemnendas, inebriari non debere vino, in quo est luxuria.  
Quod autem opprobrium contemnendum sit, ac beatitudinem pariat, Salvator plenissime docet. De Almona Debla-  
taim castra metati sunt in montibus abarim contra Nabo. Abarim  
interpretantur montes transœcum. Nabo interpretatur  
conclusio, in qua finitur lex, & non inventur illius  
memoria: simulque considera, quod habitatio transœcum  
in monte sita est; sed post montes in campestria Moab  
& Jordanis fluente descendimus. Nihil enim tam pericu-  
losum est, quam jaekantia virtutum tumens, Profelli de mon-  
tibus Abarim, castra metati sunt in campestribus Moab ad Jordani  
juxta Iericho: ibique fixerunt tentoria, à domo sollicitudinis  
usque ad Belsathaim. Par campestria, ut diximus, designatur  
custos omnium virtutum, humilitas. Belsathaim interpreta-  
tur luctus spinarum: quod significat, quod prælima pec-  
cata debemus lugere, quæ sunt spinae iufoantes semen-  
tem Domini. Post hæc docetur populus, ut idola destruat,  
& nulla de prioribus habitationibus reseruant: ad signifi-  
candum, quod, cum ad terram sanctam reprobationis per  
fidem ingredimur, simul cum idololatria etiam omnia vi-  
ta extinguiamus.

**Simon.** **Oboth.**

**Tealza-  
rin.** **Dibon  
Gad.**

**Almon  
Debla-  
taim.**

**Abarim**

**Nabo.**

**Belsa-  
thaim.**

## CAPUT XXXV.

**P**ost hæc præcipitur, ut dentur Levitis urbes ad habitandum  
& suburbia illarum: hereditatem inter fratres suis non acci-  
piant. Per quod his, qui divino ministerio ac sacerdotio fun-  
guntur, præcipiunt, ut juxta Apostolum, *habentes pithum &  
vestitum, his contentisim:* ut possint cum Paulo Apostolo di-  
cere, *Nostra autem conversatio in celis est.* Habent tamen  
quasdam urbes & viculos ad habitandum. Dignum est enim  
operari mercede sua.

EXPLANATIO IN  
QVINTVM LIBRVM MOSIS, QVI  
Hebraice Eliehaddebarim, Græce Denteronomium,  
Latine altera lex dicitur.

## CAPUT PRIMUM,

**S**ciendum sanè est, quod in Deuteronomio repertio est præcedentium quatuor librorum, & tam in se multa propria continet. Quod autem Deuteronomium secundalex, vel iteratio legis dicitur: significat, quod novum Testamentum veteri succederet. Sed tamen sciendum, quibus modis hic liber Evangelium figetur: quod ita dicitur, quia hic liber fuerat in natura, antequam fuisset in litera. In tribus quoque libris fuit, antequam fuisset in uno libro: quod etiam Evangelio convenit: ut Paulus ait, *Segregatus in Evangelium Dei, quod ante promi-  
rat per Prophetas suis.* Tres quoque personæ in hoc libro cooperante erant, id est, Patris, & Moysei, plebisque, cui an-  
nunciat. Sic & Evangelium totidem ostendit perlora, id est, Christi, quatuor Evangelistarum, & audientium. In hoc quoque principio notandum est, quid indicet, quod Deuteronomium duodecim diebus scribitur. Per quod ostenditur, quia sicut Deuteronomium pro eo, quod secunda lex est, Evangelium significat: sic & conformat illius duodecim diebus Apostolorum numerum designat. Per quos significat duodecim Apostolos, abjecto Juda prodi-  
to, à Deo electos. Vel certè significat Iudaicæ plebis la-  
psum: & in Evangelio per transfigurationem Decalogi man-  
datorum. Sed & illud, quod in illo quatuor loca, inter qua loquuntur est Moyles, ubi aurum multum habent, Evange-  
licum sacramentum designat, quod spirituali sensu pol-  
ler. Hoc quoque Deuteronomium in duobus modis fuit  
obscurum, id est, in natura & litera: hoc est, quando fuit in  
quatuor libris separatis: tunc vero revelatur, quando à  
libris excipitur. Sic quoque Evangelium fuit per  
naturam & literam, usque dum sensus denunciatus est.  
*Hæc sunt verba, & reliqua.* Huic sententia in persona Moy-  
si, quod enim aliquis de Moyse dixisset, ille de seipso di-  
xit in persona Spiritus sancti & translatoris. Hic quoque  
liber aliquam imperfectionem habere dicitur, dum non  
ad decem pervenit: Augustino dicente, *Omnis perfec-  
tiorum inter decem & triginta, & centum & mille confisi.* Sed tamen perfectionem habet, dum in ipso finitur numerus librorum. Deuteronomium paribus & filiis dictum est, quod bene convenit ad terram reprobationis: ut est, *Qui fecerit hec, vivet in illis.* Filii dicitur: *Audite hæc, ut iude-  
diani filii regni post vos.* Futuram autem Evangelii mer-  
dem animabus in futurum promiserat. Dum autem figu-  
ravit hic Evangelium liber, ubi est proprietas unicuique  
jusque libri. Prior autem liber prædictat doctrinam cor-  
poris, id est, immolationem victimarum: & de litera, quia  
dixit prior, *Qui occidit proximum suum, occidetur.* Alter non  
de litera, sed de sensu: non de carne, sed de anima: non  
de immolatione carnali, sed spirituali: non de bono  
præfenti, sed de futuro prædicat. Per historiam & sen-  
sum, per præsentianam & absentiam alii quoque aprius vi-  
deuntur, si hic dixisset *Voces & non verba.* Verba autem novo

Tela.